كَفَّ o. implevit supra modum; clausit ad strictis vinculis, duplicata ora consuit; repulit, prohibuit; abstinuit. كَفٌّ (כַּף), manus usque ad carpum, vola manus, pes anterior quadrupedis digitos habentis; manipulus, quantum manu comprehenditur; بِكَفَّيْنِ, ambabus manibus. كِفَّةٌ, *fr.* كِفَفٌ, كِفَافٌ, lanx librae, ligneus limbus Adduffae; scrobs, in qua aqua colligitur; rete venatoris; acutior pars ensis.

كَفَرَ o. non credidit in Deum, abnegavit eum cum بِ; impius, ingratus fuit benefactorem non agnoscens; *e.* texit, operuit; (כָּפַר). II. كَفَّرَ texit; incredulum vocavit, impietatis accusavit; expiavit (כִּפֵּר); humiliavit se alteri ma-

manum pectori imponens et caput inclinans e longinquo. IV. أَكْفَرَ vocavit infidelem. كَافِرٌ et كَفُورٌ, fr. كُفُرٌ, incredulus, impius, ingratus. كُفْرٌ incredulitas, infidelitas, abnegatio fidei, impietas, ingratitudo, et ut כֹּפֶר pix, qua naves picantur. كُفْرِيَّة abnegatio, rejectio ejus. كِفَارٌ et كُفَّارٌ, fr. a كَافِرٌ increduli. كُفُورٌ incredulitas, impietas, ingratitudo, et fr. a كُفْرٌ, impietates, ingratitudines. كَافُورٌ Camphora.

كَفَتَ e. aggregavit ad se recepitque (*Chald.* כְּפַת *vinxit*); avertit, propulit; celeriter incessit et se in unum contraxit. كِفَاتٌ congregatio; celer incessus.

كَرَبَ, oneravit; arctius constrinxit compedem, anxit animum dolor; aravit, consevit terram. كَرْبٌ moeror, animi angor et sollicitudo. مَكْرُوبٌ anxius, moestus.

كَرِهَ aversatus fuit, fastidivit, respuit, abhorruit; كَرُهَ detestabilis, invisus, ingratus fuit. كُرْهٌ, كَرْهٌ aversatio; molestia, difficultas; quod molestum est, ad quod quis invitus

tus adigitur; كَرْهًا et عَلَى كُرْهٍ coacte, invitus. كَرِيهٌ ـ ةٌ invisus, exosus, a quo quis abhorret; ٱلْكَرِيهُ leo. كَرَاهَةٌ, كَرَاهِيَةٌ aversatio, detestatio, fastidium; كَرَاهَةً invitio animo.

كَرُمَ generosus, liberalis, beneficus, magnificus, honore dignus, pretiosus fuit; pluviam profudit *nubes*; كَرَمَ o. generositate; nobilitate, honore, liberalitate superavit *alicm.* II. كَرَّمَ et IV. أَكْرَمَ honoravit. كَرْمٌ (כֶּרֶם), *fr.* كُرُومٌ vinea, vites; monile, ornamentum colli; vir religioni addictus. كَرِيمٌ ـ ةٌ generosus, nobilis, liberalis *erga se et erga alios; fr.* كِرَامٌ, كَرَائِمُ et كُرَمَاءُ generosi *etc.* مَكْرُمَةٌ, *fr.* مَكَارِمُ, res actiove generosa, nobilis, liberalis.

كُرْسِيٌّ, كِرْسِيٌّ, *fr.* كَرَاسِيُّ (כִּסֵּא, *Aram.* כָּרְסֵי) thronus, solium, sedes communis et principis vel judicis (*uti* عَرْشٌ *solium regis*) كُرْسُوعٌ protuberans extremitas cubiti, qua cum carpo nectitur, *praes.* externa digitum auricularem respiciens.

كَرَّ

كَرَّ *a.* regreſſus eſt, recurrit; repetivit; reduxit; irruit. V. *inf.* تَكَرُّرٌ iteratio, repetitio; reditus. مَكَرٌّ locus pugnae; pugna.

كَرِشَ corrugata et contracta fuit pellis.

كَرْشٌ ventriculus animalis ruminantis, *pec.* cum iam pabulum conficit; *nam ante, cum tantum lac concoquit, dicitur* إِنْفَحَةٌ.

كَشَطَ dimovit ſuo loco *operimentum*, excoriavit.

كَشَفَ *e.* detexit, denudavit, manifeſtavit, revelavit; كُشِفَ in fugam conjectus eſt. VII. اِنْكَشَفَ *paſſ. Imae, et* aperte patuit. كَشْفٌ *inf.* detectio, denudatio *etc.*; inverſio capillorum in fronte quaſi in circulum contortorum.

كَتَبَ (כָּתַב) *o.* ſcripſit, conſcripſit, deſcripſit, praeſcripſit; fuit ſcriba ſeu doctus; كُتِبَتْ ſcriptae ſunt; مَكْتُوبٌ ſcriptus, conſcriptus; epiſtola. VIII. اِكْتَتَبَ ſcripſit, adſcripſit nomen ſuum codici regio ſtipendiariorum; ſcriptus, recenſitus fuit. كِتَابٌ, *fr.* كُتْبٌ *et* كُتُبٌ liber, codex, epiſtola, ſcriptum;

tum; أَلْكِتَابُ Biblia; mandatum (Vorschrift), lex, judicium, fatum; كِتَابَانِ duae epistolae. كِتَابَةٌ descriptio, inscriptio, recensio. كِتْبَةٌ descriptio libri. مَكْتَبٌ-ةٌ locus et tempus scriptionis; schola, bibliotheca.

كَتَمَ *o.* abdidit, celavit, continuit iram.

كَتْفٌ, كَتِفَةٌ, *fr.* أَكْتَافٌ, كِتْفَةٌ (כָּתֵף), scapula, omoplata. كَتَفَ *e.* in scapulis percussit, laesit,

كَثُرَ multus fuit; كَثَرَ multitudine superavit. II. كَثَّرَ et IV. أَكْثَرَ multiplicavit; IV. *etiam* locupletavit; multum expetivit *vel* attulit; abundavit pecoribus opibusve, multiloquus fuit. كَثِيرٌ-ةٌ multus, a; كَثِيرًا saepe. كِثْرَةٌ, كَثْرَةٌ, كُثْرَةٌ multitudo, major et potior pars rei. أَكْثَرُ numerosior, plus, plures, potior majorque pars; بِالْأَكْثَرِ ut plurimum.

اللام

لَا (לא) non; بِلَا fine; لَاسِيَّمَا praefertim vide in سوم; لَا شَيْءَ et لَاشَ nihil; لَوْ لَيْتَ (ex لَوْ et إِنْ) fi quod; لِئَلَّا (ex لِ, أَنْ et لَا) ut non.

لَأَى (לָאָה) lentus, tardus fuit; continuit fe. لَأْيٌ tarditas, mora, adverfa fortuna.

أَلْأَكَ IV. mifit. مَلْأَكٌ et مَلَكٌ (מַלְאָךְ) fr. مَلَائِكُ, مَلَائِكَةٌ angelus tanquam miffus a Deo. مَأْلُكَةٌ مَلْأَكَةٌ legatio, epiftola.

لَأَمَ a. confolidavit, reftauravit, reparavit, in gratiam reduxit, et ut لوم reprehendit, arguit; لَؤُمَ fuit inglorius, ignobilis, fordidus, avarus. III. يُلَائِمُ profuit, expedit, congruit, convenit. VIII. اِلْتَأَمَ convenerunt, congruunt duae res. لَئِيمٌ, fr. لِئَامٌ, لُؤَمَاءُ, لُؤْمَانٌ, inglorius, ignobilis, avarus, fordidus, pavidus; foem. لَئِيمَةٌ fordida etc. لُؤْمٌ ignobilitas, avaritia.

لَبَّ o. fubftitit, ex adverfo refpexit domus domum; nucleo praedita fuit bacca; med. dhamm. et

et khesr. polluit intellectu. لَبَّ *inf. et* consistens, assiduus. لُبٌّ (לֵב), *fr.* لُبُوبٌ, cor, nucleus, medulla arboris, purior meliorque rei pars, *et fr.* أَلُبٌّ, أَلْبُبٌ, أَلْبَابٌ, cor, intellectus, ingenium. أُولِي ٱلْأَلْبَابِ intelligentes, cordati. لَبِيبٌ intelligens.

لَبَدَ *o.*, لَبِدَ *a.* substitit, institit, inhaesit, appacta fuit *res terrae*, incubuit, insedit. II. لَبَّدَ confertim operuit *ros terram.* V. تَلَبَّدَ perfusa et percussa est ab illabente pluvia *terra*; coacti compactique fuere *capilli*, *folia*, multum frondosa densisve foliis fuit arbor, obscuravit.

لَبِيَ, *i. q.* أَكْثَرَ, multum expetivit, usurpavitve *cibi.* II لَبَّى obsequens se dedidit peragendis sacris *Meccanis.*

لَبَنٌ lac, liquor effluens ex arbore; لَبُنَ lac in uberibus continuit, eoque abundavit *ovis*; لَبَنَ *o. e.* lac propinavit; percussit vehementer saxo, fuste; vehementer comedit. II. لَبَّنَ (לָבֵן) lateres formavit coxitque. لَبُونٌ, *fr.* لُبْنٌ, lac in uberibus continens *ovis*; ٱبْنُ لَبُونٍ, ٱبْنَةُ لَبُونٍ, بِنْتُ لَبُونٍ pullus camelus sive juvencus, bimus, tertium annum ingressus, *quod*

 jam

jam alium pullum mater lactat. لَبَانٌ pectus, *praes.* medium ejus aut pars inter mammas sita. لَبِنٌ (לְבֵנָה) *collect.* later. لُبْنَانُ Libanus, (לְבָנוֹן).

لَبِسَ (לָבַשׁ) induit, indutus est; aliquandiu fruitus est et consuevit *socio, mulieri*; لَبَسَ *e.* obscuram et confusam effecit proposuitve rem (*quasi vestibus tectam*), dissimulavit. لُبْسٌ *et* لِبَاسٌ indumentum, vestimentum; conjux *quod mulier viro, et vir mulieri quasi tegumento est.* لَبُوسٌ lorica, *et* omne indumentum. مَلْبُوسٌ vestitus, indutus; *et* vestimentum.

لَبِثَ cunctatus est, substitit.

لَجَأَ *et* VIII. اِلْتَجَأَ confugit.

لَجَّ *e.* litigiosus fuit, litigavit, importune institit, intravit et demersus fuit. لُجٌّ, لُجَّةٌ ingens agmen et copia, *praes.* magna moles aquae, medium et profundum maris, abyssus.

اِلْتَجَى VIII. se accensuit aliis, ad alios quam ad suos retulit genus suum; اِلْتَجَيَا ambo accensuerunt se.

لَجَمَ consuit vestem. II. لَجَّمَ usque ad os

os contigit aqua, *et ut IV.* أَلْجَمَ, nota, quae fraeno similis est, insignivit equum. لِجَامٌ talis nota, *et* ipsum fraenum.

لَجِنَ linxit. لُجَيْنٌ argentum. لَجِينٌ spuma.

لد *vide* ولد *et* لدي.

لَدَّ *o.* altercando contendit, lite intendit; lite, pugna vicit, inhibuit; inimicus et gravis adversarius fuit. أَلَدُّ strenuus adversarius et disputator, acer litigando.

لَذَّ suave et jucundum comperit, voluptatem ex eo cepit, placuit. لَذَّةٌ voluptas, delectatio, suavitas.

لَدَ, لُدُ, لَدَبْ, لَدُنْ لَدْنَ لَدُنَّ ad, apud, usque, *temporis vel loci;* لَدَيْكَ apud te; لَدَي *etiam* num?

لَدُنَ mollis et lenta fuit *hasta;* لَدَانَةٌ, لُدُونَةٌ *inf.* mollities.

لَدَغَ *a.* punxit cauda *scorpio*, momordit *serpens, vel homo maledictis.*

لَهِجَ avidus, deditus fuit rei. II. لَهَّجَ jentaculum praebuit. لَهْجٌ *inf.* aviditas, cupiditas.

لَهَا lusit, tempus fefellit; oblectavit animum; لَهِيَ amavit, pro deliciis habuit, divertit animum *aliqua re ad oblivionem alterius.* II. لَهَّى amorem excitavit, divertit alium; IV. أَلْهَى *idem, et* occupavit. لَاهٍ (*pro* لَاهِي, *foem.* لَاهِيَةٌ) ludens, oblectans animum. لَهْوٌ *inf.* lusus, res ludicra.

لَهِمَ cito et una vice inglutivit. لِهَمٌّ, لِهْمِيمٌ praecellens cursu et generositate, velox, acer, magnificus, liberalis.

لَهَّنَ II. praebuit *vel* obtulit jentaculum seu leve quid cibo praemittendum لُهْنَةٌ jentaculum *seu* quod ante cibum capitur. لُهُونُ urbs ad canalem Fajjum *seu* Iosephi.

لَاذَ *u.* confugit, pro praesidio cepit, obivit, circumdedit.

لَاحَ *u.* apparuit, splenduit *stella;* mutatione coloris effecit *eum sitis, sol, iter;* intuitus fuit. لَوْحٌ (לוּחַ) *fr.* أَلْوَاحٌ, أَلَاوِيحُ, res plana et lata sive lignea sive ossea; asser, tabula, scapula; aer, aspectus; بِأَلْوَاحٍ ex asseribus.

لَوَى *i.* flexit, convertit, incurvavit, plicuit, con-

contorsit, obliquavit, obvertit, retroflexit, movit, motitavit, sustulit *caudam camelus.* يَلْوُونَ (*pro* يَلْوِيُونَ) contorquent, detorquent. V. تَلَوَّى *pass. Imae.* inflexus, contortus, detortus fuit, vel inflexit, contorsit se, detorsit se. VIII. اِلْتَوَى *idem, et* torpidus abstinuit, deflexit; تَلْتَوِي detorques te, refractarius es; بِالْتِوَائِهَا in incurvatione, curvatura, seu contorsione ejus.

لُؤْلُؤ *collect.* لُؤْلُؤَة *unit.*, *fr.* لَآلِي, margarita, unio; *est a* لَأْلَأَ fulsit, micuit, *stella.*

لَامَ *u.* reprehendit, culpavit, corripuit, accusavit. III. لَاوَمَ reprehendit alter alterum. لَوْم reprehensio, culpa. لُوم (*pro* لُؤْم) avaritia *vide* لَأُمَ. — لَائِمَة *et* مَلَامَة, *fr.* مَلَاوِم, cor. correptio, culpatio, accusatio.

لَوْن, *fr.* أَلْوَان color, externa forma, genus, species; لَوْنَة *idem unit*; ذَاتُ أَلْوَانٍ pulcra coloribus. لَوَّنَ II. coloravit. *Vide et* لين.

لَاعَ (לוע) *u.* accendit *eum* et afflixit morbo *vel* moeror *amor*; *a.* ex pavore *vel* morbo male habuit, avidus et indole pravus fuit. VIII. تَلْتَاعُونَ

تَلْتَاعُونَ moerore vel amore urimini, accensi estis.

لَزِمَ, لَزَمَ decuit, necessarium et consequens fuit, constanter et firmiter mansit; assiduus, affixus, inseparabilis fuit adhaesitque. IV. أَلْزَمَ coegit, domuit, conjunxit, subjunxit. يُلْزِمُ domat, cogit. VIII. اِلْتَزَمَ coactus, conjunctus fuit; obnoxius fuit *rei*, amplexus fuit rem.

لَحَدَ cavavit in latere sepulcri locum condendo cadaveri, sepelivit, terrae mandavit; لَحِدَ inclinavit, declinavit, exorbitavit. IV. أَلْحَدَ sepelivit; impie egit, exorbitavit, abnegavit veritatem.

لَحَظَ *a.* limis aspexit. III. لَاحَظَ *idem, et* animadvertit, observavit. لَحْظٌ *et* لَحَظَانٌ limus aspectus.

لُحْمَانٌ, لِحْمَانٌ, لِحَامٌ, لُحُومٌ, لَحْمٌ, caro (לֶחֶם *panis*); لَحِمَ carnes appetivit, carnoso corpore fuit, possedit carnes; لَحَمَ *o.* carnes vendidit, abrosit carnes, carne cibavit; firmavit, consolidavit. VIII. اِلْتَحَمَ carne ople-

pletum est vulnus, conjunctum fuit, continuo conflictu invaluit praelium.

لَحَنَ *a.* se recepit, contendit *ad aliquem;* inclinavit, deflexit *ad eum;* erravit in sermone *praes.* perperam efferens vocales; dixit aliquid alteri intelligibile, aliis impervium; innuit; لَحِنَ intelligens, astutus fuit; intellexit, percepit.

لَحَفَ *a.* operuit extimo amiculo; linxit. لِحْفٌ radix pesve montis, fissura vel interstitium montium.

لَحِقَ assecutus est, pertigit, contigit, cohaesit; gracilis fuit. III. لَاحَقَ secutus, insecutus est. IV. أَلْحَقَ adjunxit. V. تَلَحَّقَ pertigerunt ad invicem continuata serie *cameli.* VIII. اِلْتَحَقَ pertigit, pertinuit, attigit. X. اِسْتَلْحَقَ adscivit sibi.

لَطَخَ *a.* inquinavit; petivit *mala re*, affricuit, impegit *crimen.*

لَطَفَ *o.* prope accessit. propitius, benignus fuit, favit *Deus;* لَطُفَ parva, subtilis fuit vel evasit res *fere* cum quadam elegantia. IV. أَلْطَفَ benefecit, bene meritus est; appegit, junxitque *rem lateri suo*, exilem fecit rem, solvit. V. تَلَطَّفَ

تَلَطَّفَ benignum ſe praebuit, blanditus eſt. لُطْفٌ *inf.* lenitudo, favor propitii *Dei*, protectio. لَطَافَةٌ elegantia, ſubtilitas. لَطِيفٌ exilis, ſubtilis cum elegantia; quod abditam habet ſignificationem; perſpicax, qui ſubtilia perſpicit; لَطِيفَةٌ, *fr.* لَطَايِفُ, egregia res, egregium factum, beneficium. أَلْطَفُ benignior, ſubtilior, ſubtiliſſimus; elegantior, elegantiſſimus.

لَظِيَ *a.* arſit, flammam emiſit *ignis.* IV. V. et VIII. *idem V.* تَلَظَّيْتَ inflammatus es.

لِئَلَّا ut non, *ex* لِ *praef.*, أَنْ quod, *et* لَا non.

لَيْلٌ, لَيْلَةٌ (לַיְלָה) nox.

لَانَ *i.* lenis, mollis, levis, placidus fuit. II. لَيَّنَ talem reddidit. IV. أَلَانَ *et* أَلْيَنَ lenem, levem reddidit, pacavit, lenivit; مُلَيِّنٌ leniens, relaxans; يُلَيِّنُ relaxat *ventrem.* لَيِّنَةٌ levis, mollis. لِينَةٌ ſpecies palmae.

لَيْسَ (*ex* لَا non, *et* أَيْسَ, יֵשׁ, eſt) non eſt; لَيْسَتْ illa non eſt; لَيْسُوا non ſunt; لَسْتَ non es; لَسْتُ non ſum.

لَيْغٌ

لِيفٌ *collect.* لِيفَةٌ *unit.*, fibrae seu filamenta *nervi etc. pecul.* lignosa illa palmae, quibus caudex ejus totus constat. لَاقَ *i.* crassa et caudice multum fibrosa evasit juvenca palma; edit *cibum*.

لِيقٌ lana, sericum; fila lanae, serici etc. لَاقَ *i.* hujusmodi filis artramentarium instructum est, vel instruxit; continuit apud se; confugit; decuit.

لَيْبَ, لَيْبَ يَا utinam!

لَيْثٌ (לַיִשׁ) لُيُوثٌ, leo.

لٰكِنْ, لَكِنْ, *pro* لَا كِنْ (לָכֵן) وَلَكِنَّ, وَلَكِنْ aſt, verum, attamen, verumtamen; لَكِنَّهُ aſt ille, لَكِنٌ barbara lingua et inexplanata fuit *pecul.* Arabice loqui volens.

لَكِعَ adhaeſerunt ei, exarnerunt in eo ſordes; لَكُعَ ſordidus fuit. لَكَاعِ *plerumque cum* يَا, ſordida *mulier.* أَلْكَعُ illaudatus, ſordidus, abjectus; ſtultus, infans.

لَمْ non, *aoristo II. gjesmato praefixum designat praeteritum* (*ut* لَنْ *futurum et* لَا *praeſens*) لِمَ, *pro* لِمَا

لِمَا, quare? cur? لَمَّا profecto non (ſo nicht in apodoſi.)

لَمَحَ a. micuit, apparuit *ſtella, fulmen ut* لمع; *et* levi intuitu, furtim vidit; IV. أَلْمَحَ *idem.* مُلْمِحٌ faciens micare *verſus*, author verſuum.

لَمَّ o. congregavit, collegit; prope fuit, acceſſit, *et ut IV.* أَلَمَّ venit, pertigit, deſcendit, recepit, collegit ſe et divertit, habitavit; prope fuit, parum abfuit, *quin* faceret. لِمَّةٌ, *fr.* لِمَمٌ *et* لِمَامٌ, caeſaries, coma deſcendens ultra infimam auriculam. لَمٌّ *inf.* collectio; لَمًّا totum, univerſum, totaliter, prorſus; لَمَّا (*ex* لَمْ *et* مَا) nondum; cum, poſtquam; *et* لَمًّا, *pro* لَمًّا, totaliter, prorſus.

لَمَسَ o. a. palpavit, palpando captavit; ſubegit puellam; لَامِسٌ palpans. VIII. اِلْتَمَسَ rogavit, petiit, quaeſivit. مُلْتَمَسٌ poſtulatum.

لَمَعَ a. ſplenduit, rutilavit, micuit *ſtella, fulmen, aquae ſpecies eminus apparens, cui mendax aſſimilatur*; prodiit *e porta.* أَلْمَعِيَّةٌ perſpicacia, alacritas ingenii.

لَنْ non, *nafsbat aoristum II. et usurpatur de futuro tempore.*

لَسَبَ *a. e.* punxit *eum scorpio;* percussit flagello; لَسِبَ linxit, adhaesit; لَسْبٌ *inf.*, *fr.* لُسُوبٌ quod lingitur; aliquid.

لِسْنٌ et لِسَانٌ (לָשׁוֹן) lingua, instrumentum loquelae, et idioma, loquela; sermo, dictio, epistola; *etiam* sinus maris, *fr.* لُسُنٌ, أَلْسِنَةٌ.

لَسَعَ *a.* punxit *scorpio etc. pec.* aculeo (*de ore* لَدَغَ *dicitur*) punxit maledictis, maledicus fuit; abiit per terram.

لَسْنٌ *vide in* لَيْسَ.

لَعِبَ (לָעַב) lusit; لَعَبَ *a.* salivavit, salivam ex ore demisit infans. يَلْعَبُ ludit لُعَابٌ saliva ex ore manans, mucilago.

لَغَا (לָעָה) *u.* locutus est *pecul.* temere nec ex animo; vana effutivit; latravit canis; excidit spe., frustra fuit. لَغْوٌ locutio *pec.* temere latratus canis; vile quid, quod temere ex ore excidit, quod dici curarique indignum est. لُغَةٌ, *pl.* لُغَاتٌ *et* لُغًى idioma, lingua, vernacula; لُغَتَانِ linguae ambae.

لَغَلَ

لَعَلَّ (ex ل et عَلَّ) fortasse.

لَعَنَ a., i. q. طَرَدَ abegit pecul. ab omni bono; maledixit. II. لَعَّنَ punivit. لَعْنَةٌ, pl. لَعَنَاتٌ et لِعَانٌ, maledictio (לַעֲנָה) absinthium.

لَفَا u. neglexit, non curavit. III. لَافَى idem. IV. أَلْفَى invenit; تُلْفَى invenieris. VI. inf. تَلَافِي habere curam.

لَفَظَ e., لَفِظَ a emisit de se, ejecit, enunciavit, protulit; mortuus est. V. تَلَفَّظَ pronunciavit, enunciavit. لَفْظٌ, et لَفْظَةٌ, fr. أَلْفَاظٌ, vox, pronunciatio, vocabulum. لَفْظًا enunciative; بِلَفْظِ verbotenus.

لَفَعَ a., et II. لَفَّعَ operuit.

لَفَّ o. involvit, obvolvit, adjunxit, conjunxit, collegit, congregavit, pertinuit ad eos; miscuit; recusavit; prohibuit. II. لَفَّفَ involvit valde et multum; corrasit falsos testes. IV. أَلَفَّ involvit; abdidit. V. تَلَفَّفَ semet involvit veste. VIII. اِلْتَفَّ involvit se, implicatum et perplexum fuit. لِفَافَةٌ, fr. لَفَايِفُ, involucrum, tenia, fascia.

لَفَتَ

لَفَتَ (לָפַת) *e.* inflexit, torſit, intorſit; detraxit, avulſit, avertit, reſpexit, aſpexit. VIII. اِلْتَفَتَ reſpexit capite in latus flexo.

لَصَقَ *a.* adhaeſit, conjunctus fuit; لَاصِقٌ adhaerens. IV. أَلْصَقَ conjunxit, appegit, conglutinavit, copulavit; fregit, incidit ſuffragines *camelae ſuae.* VIII. اِلْتَصَقَ adhaeſit, conjunctus fuit; *inf.* اِلْتِصَاقٌ conjunctio.

لَقَا, *i. q.* لوم reprehendit; لَقِيَ pertigit, obtigit, obvium habuit, occurrit *etiam* hoſtiliter, vidit et invenit. II. لَقَّى conjecit, adjecit. IV. أَلْقَى conjecit, dejecit, abjecit, rejecit, projecit, injecit, immiſit, attribuit, impertivit, propoſuit. VIII. اِلْتَقَى inventus eſt, occurrit, obviam venit *etiam hoſtiliter in praelio.* X. اِسْتَلْقَى ſe projecit ſupinum, decubuit, prolapſus eſt. مُلَاقَاةٌ occurſus.

لَقِحَ admiſſarium paſſa eſt et concepit camela (*nempe accepit ſemen* לָקַח); لَقَحَ foecundavit palmam, II. *idem* VIII. اِلْتَقَحَ foecundavit. لَقَاحٌ flos maris palmae, qui aſpergitur ſpathae foemelle.

لَقَطَ

لَغَطَ (לָקַט) legit, collegit *pec.* rem humi abjectam; resarsit *vestem* VIII. اِلْتَغَطَ collegit, incidit impegitque in rem non quaesitam.

لَغِسَ *o. e.* vitiosum fuit; لَغَسَ male habuit anima. اَلْلَّغُّسُ bellum; hostis.

لَتَّ *o.* constrinxit; movendo miscuit *ptisanam cum pinguedine;* contudit, comminuit; friavit imminutas partes.

لَثَا sensim bibit aquam; valde lambit ollam; لَثِيَ irrorata vel madida fuit *vestis,* manavit *arbor* succo, collegit hunc succum vel lacrymam arboris. لَثًا *inf.* sensim libere, lambere; ros et quod ei simile est, ut lacryma balsami. لِثَةٌ, (*pro* لِثْيٌ) gingiva.

ميم.

مَا quid? id quod, quicquid, aliquid; quam, quoad; non, *scribitur et* مَاء aliquid, *ut facilius discernatur a* مَا non. كَمَا sicut; كَيْمَا *et* كَيْفَمَا quomodocunque; أَيْنَمَا ubicunque مَهْمَا quodcunque. مَاءٌ aqua, *vide in* موه.

مية

مِئَةٌ مِئَةٌ مِائَةٌ (מֵאָה) *pro* مِائِي *et* مِئِي, centum; *pl.* مِئِي, مِئُون, مِئَاتٌ (*pro* مِئِي, مِئِي), *dual.* مِائَتَانِ, مِائَتَيْنِ, ducenta.

مُنْ, مِنْ a, ab, abhinc.

مَدَّ (מָדַד) *o.* extendit, moram concessit; extensus, procerus, elatus et provectus fuit dies; excrevit fluvius *seu extensus fuit;* fecit excrescere fluvium *quasi extendit;* auxilio juvit exercitum, *quasi extendit; pass.* مُدَّ extensus est; مَادٌّ extendens; مَادَّةٌ extendens; extensio seu augmentum continuum, materia; مَمْدُودٌ extensus. II. مَدَّدَ extendit. V. تَمَدَّدَ extendit, protensis jactatisque manibus se respiciens superbe incessit; *inf.* تَمَدُّدٌ tetanus. VIII. اِمْتَدَّ extensus fuit, se extendit; اِمْتَدَّا duo se extenderunt; *inf.* اِمْتِدَادٌ extensio; مُمْتَدٌّ extensus. مَدٌّ *inf.* extensio, fluxus *pec.* accessus maris, incrementum fluvii, altitudo et elatio diei. مَدَّةٌ *nomen vicis* extensio una, مُدَّةٌ spatium *temporis.*

مَدَحَ *a.* laudavit. II. مَدَّحَ multum laudavit. V. تَمَدَّحَ laudavit, laudem captavit, seipsum

ſum laudavit, gloriatus eſt; *inf.* تَمَدُّح laudatio gloriatio. مَدْح laus, laudatio.

مَدَى meta, terminus; مَدَاهُ meta, terminus ejus.

مَدَنَ ſubſtitit, commoratus eſt, venit in urbem *vel* adiit urbem. مَدِينَةٌ, *fr.* مُدُن, مُدْن *et* مَدَايِن, urbs.

مَهَدَ *a.* ſtravit, aequaliter expandit *lectum*, operi vacavit, lucratus eſt. مِهَاد, *fr.* مُهُد, أَمْهِدَة, lectus, locus *aut* res quam quis ſibi ipſi diſponit et accommodat. مَهْد *inf. et fr.* مُهُود cunae, lectica, aequabiliter expanſa pars terrae.

مَهَا *u.* candore nituit dorcas, *quae vacca ſylveſtris dicitur*; *a. e.* multa aqua perfudit, attenuavit, exacuit. مَهَاةٌ, *pl.* مَهًا, مَهَوَاتٌ, مَهَيَاتٌ, dorcadum ſpecies vacca ſylveſtris dicta; Cryſtallus; ſol. مَاهِيَّةٌ eſſentia, quod res eſt, *ex* ما *et* هي.

مَهَل ſenſim, quiete et commode inceſſit egitve aliquid. II. مَهَّل *et IV.* أَمْهَل expectavit, moram conceſſit; IV. *etiam* conatus eſt, ſtudium et diligentiam adhibuit; partibus ſuis defuit, excuſatione uſus eſt.

مَهْمَا quotiescunque, quidcunque.

مَاجَ *u.* fluctibus commotum fuit mare et undas jactavit, tumultuati ſunt homines; تَمُوجُ fluctibus commovetur.

مَوَادُّ materiae, *fr.* *a* مَادَّةٌ.

مَاءٌ (*pro* مَوَهٌ) *et* مَاءَةٌ, *pl. pauc.* أَمْوَاهٌ, *mult.* مِيَاهٌ (מַיִם) aqua; مَاؤُهُ aqua ejus; مِيَاهُهَا aquae ejus. مَائِيٌّ, مَائِيَّةٌ aqueus, a.

مَالَ *u. et in V. et X.* fuit dives *pecul.* pecoribus; opes dedit, donavit: II. *et* IV. divitem fecit مَالٌ, *pl.* أَمْوَالٌ, quod quis poſſidet, opes *praeſ.* pecora. مَآلٌ *vide in* أول. *Vide et* ميل.

مُومِيَا mumia ſeu asphaltura. مُومِيَاةٌ, *fr.*

مَوَامِي deſertum ſine aqua.

مَانَ *u.* proſpexit ſuis de neceſſariis, curavit, ſuſtentavit; يَمُونُ (*et* يَمَانُ *a* مَأَنَ) alit. مَؤُنَةٌ commeatus.

مَارَ (מוּר) *u.* huc illuc vel ultro citroque commota fuit *res*, ſe movit, fluctuavit; تَمُورُ motitat ſe, mutat.

مَاتَ (מוּת, *Aram.* מית) *o. a. i.* mortuus

 eſt.

est. مَوْتٌ mors. مَيْتٌ, مَيِّتٌ, mortuus; *fr.* مَوْتَى, أَمْوَاتٌ mortui; مَوْتَاهَا mortui ejus. مَيْتَةٌ mortua, morticinium, pecus impurum. مُوتَانٌ morbus lethalis passim grassans.

مَزَجَ (*Aram.* מְזַג) *a.* miscuit re alia, temperavit *vinum*; يَمْزِجُ miscet, temperat, diluit. مِزَاجٌ (מֶזֶג), *fr.* أَمْزَاجٌ, أَمْزِجَةٌ mistum, mistura seu id quocum miscetur; temperamentum corporis; sors.

مَزَى superbivit. II. مَزَّى laudibus extulit. مَزِيَّةٌ, *fr.* مَزَايَا, excellentia, praestantia, praerogativa.

مَزَنَ perrexit, quo voluit; implevit *utrem*; nituit facies; laudavit, praetulit. مُزْنَةٌ, *fr.* مُزْنٌ nubes *pecul.* alba.

مَزَقَ *e.* laceravit; cucurrit, venit. II. مَزَّقَ laceravit; مُمَزَّقٌ laceratus; laceratio.

مَحَا (מָחָה) *u. a. i.* delevit, delendo vacuam reddidit *tabulam*. مَحْوٌ deletio, nigredo lunae.

مُخٌّ, *fr.* مِخَاخٌ, مِخَخَةٌ, medulla, cerebrum, pulpa, nucleus, purior meliorque rei pars.

مَخَلَ

مَحَلَ, مَحِلَ, مَحُلَ maligna delatione nocuit, insidias et dolum struxit; مَحَلَ *etiam* sterilis fuit inopia pluviae *terra, annus.* مَحْلٌ *inf.*, *fr.* أَمْحَالٌ sterilitas, pluviae pabulique inopia cum ariditate, sterilis siccaque terra; fraus, dolus, insidiae; pulvis, adversitas. مَحَالٌ *et* مَحَالَةٌ, *fr.* أَمْحَالٌ trochlea *praes.* major.

مَخَضَ *a. o. e.* agitavit *lac butyri conficiendi caussa;* debutyravit lac; commovit in puteo urnam; مُخِضَ laboravit in partu, partus dolores sensit, *quasi agitata est,* مَخَاضٌ dolores partus, camelae foetae.

مَطَرَ, (מָטָר) *o.* pluit *coelum,* compluit, perfudit bonis; implevit utrem; peragravit, transivit, celeriter incessit, rapide vectus est. مَطَرٌ, *fr.* أَمْطَارٌ, pluvia.

مَادَ (מוּד) *i.* mota, agitata est *res, ramus;* jactanter incessit *homo;* commeatum quaesivit attulitque.

مِيَاهٌ, مِيَاهَاتٌ aquae, *a.* مَاءٌ, *vide* موه.

مَالَ (מִיל) *i.* inclinavit, propensus fuit; declinavit *a justo et vero.* X. اِسْتَمَالَ inclinavit,

 pro-

pronpensūs fuit; conciliavit eum sibi, propensum reddidit; mensuravit duabus expansis manibus. مَيْل propensio, curvatio declinatio. مِيل, *fr.* مُيُول, أَمْيَال milliare 1000 passuum, quantum prospici potest. أَمْيَل propensior, propior.

مِيم litera Mim. مِيمَان duae literae Mim.

مَانَ *i.* mentitus est; sulcavit *terram;* ad conserendum. مَيْن mendacium. مِينَا *et* مِينَاء (λημην) portus, *et Pers.* essentia vitri.

مَارَ *i.* prospexit suis de commeatu; gustavit *medicamentum*, carpsit *lanam.* مِيرَة commeatus, *praef.* frumentum quod aliunde apportatur. مِيرِي tributum, reditus reipublicae.

مَيْت mortuus, *vide in* موت.

مَكَدَ constitit, substitit *aliquo loco;* مَكْد مُكُود *inf.* subsistentia,

مَكَنَ dignitate et auctoritate polluit; مَكِنَ foeta fuit *ovis*, *lacerta*, *locusta.* II. مَكَّنَ firmavit, potestatem *rei alicujus* concessit *Deus*, potentem compotemque fecit; مُمَكَّن firmatus, stabilitus. IV. أَمْكَنَ *i. q. u. II.*, *et* par fuit; أَمْكَنَهُ

أَمْكَنَهُ erat in illius poteſtate, poſſibile illi fuit; مُمْكِن par, potens; potis, poſſibile, مُمْكِنَة poſſibilitas. V. تَمَكَّن dignitate et auctoritate polluit; firmatus fuit; potis ſuit, in poteſtate habuit; تَمَكُّن, *inf.*, *et* poteſtas; مُتَمَكِّن potis, par, potens. مَكَان, *fr.* أَمْكِنَة, أَمَاكِن locus.

مَكِرَ *u.* ruber fuit; مَكَرَ *o* machinatus eſt, excogitavit, dolum ſtruxit; circumvenit, fefellit. مَكْر machinatio, dolus; rubrica, lutum rubrum; ſpecies arboris.

مَلَأَ *a.* implevit. plenus opum fuit, juvit; مَلِيَ (מָלֵא) plenus fuit; مَلُو plenus opum, dives fuit; مَلَأْتُ implevi; مَلِيَتْ plena fuit; مَمْلُوءَة, مَمْلُو plenus, impletus, a. VIII. اِمْتَلَأَ impletus eſt, plenus evaſit vel fuit. مَلْأ *inf.* مِلْأ, *vel* مِلْء, *fr.* أَمْلَاء res, quae quid implet; plenitudo. مَلِي *vel* مَلِيّ, *fr.* مِلَاء, opulentia, plenitudo congregationis; plenus.

مَلَا *u.* vehementer et valide inceſſit, cucurrit. II. مَلَّى, *et IV.* أَمْلَى frui permiſit, in longum

gum tempus conceſſit; IV. etiam dictavit; *paſſ.* مُلِيبٌ longa vita fruitus ſum. V. تَمَلَّي diu protraxit *aetatem ſuam, conſuetudinem cum amico, patientiam*, fruitus eſt illius viſione; laxavit compedes cameli. *X.* اِسْتَمْلَي rogavit ut dictaret. مُؤلو margarita.

مَلَحَ (מָלַח) *a. o.* ſalivit, ſale quantum ſatis eſt condivit; ſalſa fuit aqua; ſalſuginoſis herbis pavit; lactavit, lac propinavit; مَلُحَ ſalſa fuit aqua; bona, ſcita, elegans fuit *res.* مِلْحٌ *inf.* مِلْحٌ (מֶלַח) ſal; ſalſa, ſalſuginoſa aqua, planta; ſuctus lactis, ſcientia, pulcritudo, pinguedo, protectio; بَحْرُ ٱلْمِلْحِ mare ſalſum *oppoſite ad lacus aquae dulcis.* مَالِحٌ ſalſus. مُلُوحَةٌ *et* مَلَاحَةٌ ſalſugo; elegantia, pulcritudo. مَلَّاحٌ nauta, مِلَّاحٌ venditor ſalis.

مَلَكَ (מָלַךְ) *e.* bene ſubegit *farinae maſſam,* bene ſecutus eſt *adultior pullus matrem, quaſi bene ſubactus*; in poteſtate ſua habuit, poſſedit, compos fuit, regnavit, conjugio junxit ſibi, uxorem cepit; مَالِكٌ rex, poſſidens, dominio tenens; مَالِكُونَ regnantes. مَالِكُونَ ٱلزِّمَامِ tenentes

nentes funiculum ductorium, i. e. regnantes; مَمْلُوكٌ، مَمْلُوكَةٌ, fr. مَمَالِيكُ possessus, a. mancipium; servus, ancilla (Mamluk), II. et IV. idem et transitive V. تَمَلَّكَ vi redegit in possessionem suam; مُتَمَلِّكَةٌ dominans, usitata. مَلِكٌ (pro مَالِكٌ) fr. مُلُوكٌ, rex. مَلَكٌ (pro مَلْأَكٌ) angelus. مَلْكٌ, مِلْكٌ, مُلْكٌ inf., res in potestate alicujus existens, praes. opes; مَلْكٌ, etiam pro مَلِكٌ, rex, regnum. مُلْكٌ possessio; et pro مُلُوكٌ, reges. مَلْكَةٌ, مِلْكَةٌ, مُلْكَةٌ, مَلَكَةٌ possessio, dominium. مَمْلَكَةٌ, مَمْلِكَةٌ regnum, locus regni, ditio, potentia, et sicut مَمْلُكَةٌ possessio, dominium. مُلُوكِيَّةٌ regia, caesarea. مَلْكِيَّةٌ et مَالِكِيَّةٌ regia, melchitica.

مَلَّ primo et rudiore opere sarsit *vestem*, concinnavit *igne arcum*; cineribus calidis supposuit ad *coquendum aut assandum*; celer fuit, festinavit *incessu*, longum et diuturnum fuit iter; *med. khesr.* fastidivit, pertaesus fuit; *med. fathh. vel khesr.* calore febrili aut dolore dorsi correptus fuit; يَمَلُّ pertaesus fuit. (*Aram.* מַלֵּל *locutus est*).

مَلَّةٌ

مِلَّةٌ, *fr.* مِلَلٌ, lex et religio quam quis ſequitur; natio, tribus eandem legem et religionem ſequens.

مَلُسَ mollis, levis, glaber fuit; مَلَسَ *idem*, *et etiam* demulſit lingua ſua; valide propulit; evulſis teſticulis cum venis caſtravit arietem. أَمْلَسُ, *foem.* مَلْسَاءُ, levis, glaber, lenis, mollis; meridies *vel* tempus veſperae propinquum.

مَلَصَ egeſſit *foetum*, *merdam*; مَلِصَ excidit res prae lubricitate (נִמְלַץ); تَمَلَّصَ excidit.

مَأْمُونٌ nomen proprium, *vide Herbelot in Mamon.*

مَنْ quis, is qui, aliquis, quiscunque. مِنْ a, ab, e, ex, de, prae; مِنِّي a me, مِنَّا ex nobis; مِنْ بَيْنِ inter alia; مِنْ دُونِ prae; مِمَّا ex eo quod.

مُنْذُ, مُذْ (*ex* مِن *et* إِذْ) a, abhinc; مُنْذُ سَنَةٍ anno transacto.

مَنَا *u.* tentavit, experimento probavit; مَنَي *i.* *idem et* certa quantitate et modo definivit (מָנָה); ſperma genitale emiſit مَنْوَةٌ tentatus

tus afflictionibus, afflictus; مَنِيٌّ, *fr.* مُنِيٌّ (*pro* مُنُويٌ) sperma genitale. مَنِيَّةٌ, *fr.* مَنَايَا, mors, res definita suo tempore et modo, fatum, Dei providentia.

مَنَّ benignus fuit; abrupit, debilitavit, benefacta exprobravit. مُنِّي *imperat. foem.* benigna esto, benefac, consolare. مَنٌّ benevolentia, donum, benignitas, abruptio, debilitatio; manna. مِنَّةٌ exprobatio beneficiorum.

مَنَعَ (מָנַע) *a.* recusavit, denegavit; prohibuit, arcuit, repulit, impedivit; مَنُعَ inaccessus fuit; مُنِعَتْ defensa est; مَنَعَ ٱلْحَبْلُ maturuit fructus. III. مَانَعَ *idem quod I.* يُمَانِعُ impedit. VIII. إِمْتَنَعَ *i. q. I.*; يَمْتَنِعُ impeditur.

مَنْفُ Memphis.

مَنَارَةٌ *vide in* نور.

مَسَا (מָשָׁה) *u.* extraxit manu *pec.* ex utero camelae sperma genitale; refractarius fuit *asinus*; vespertino tempore venit; يَمْسُوهُ extrahit eum; II. مَسَّى *et IV.* أَمْسَى vesperum bonum precari. IV. *etium*, fuit, evasit vespere, *et simpliciter*

citer fuit, evaſit; يمسي eſt, fit, evadit. V. veſpera felici uluſ eſt; تتمسون بالخير veſpera felici utamini, bonam veſperam ſortiamini, *formula ſalutandi*. مساء, إمساء veſpertinum tempus; مساء الخير bonus veſper!

مسح *a.* duxit manum ſuper aliqua re, palpavit, demulſit, abſterſit manum; unxit (מָשַׁח); fictis verbis lactavit; dimenſus fuit *terram* (*Aram.* מְשַׁח), peragravit *terram*; emenſus eſt ſeu confecit juſtum iter diei, *ſecuit quaſi juxta dimenſionem;* amputavit; pectinavit; coivit cum muliere; inſigne quid gratum, vel deforme creavit Deus. مسحة ſtrictura, aliquid leve; unctio; *nomen vicis*; *etiam* ornamentum. مساح dimenſor, geometra. مساحة dimenſio. تمساح, *fr.* تماسيح, crocodilus. مسيح (מָשִׁיחַ) χϱιϛος, Chriſtus. مسيحي, مسيحية Chriſtianus, a.

مسي, *i. q.* مسا *niſi quod etiam ad equam refertur;* extraxit, extenuavit, commodam inſtituit profectionem, palpavit. موسي novacula; Moſes, *vide in* وسي.

مسك

مَسَكَ *o.* prehendit, tenuit, retinuit, traxit (מָשַׁךְ); مَسَّكَ abſtinuit, retinuit ſe. IV. أَمْسَكَ *idem.* V. تَمَسَّكَ prehendit, tenuit, retinuit. VI. تَمَاسَكَ partes inter ſe cohaerentes habuit; تَمَاسُكٌ *inf.*, مُتَمَاسِكٌ partes habens cohaerentes. X. اِسْتَمْسَكَ prehendit, tenuit, retinuit. continuit. مِسْكٌ muscus, pretioſum genus odoramenti.

مَسَّ (מָשַׁשׁ), *o. a.* palpavit, tetigit, propinqua fuit cum eo cognatio; curae fuit illi res. III. et VI. ſe invicem tetigerunt.

مَعْ, مَعَ cum, una cum, apud. مَعَكُمْ vobiſcum. مَعْ إِذًّا etiamſi.

مِعْدَةٌ, مَعِدَةٌ ſtomachus. مَعَدَ peragravit, rapide cepit traxitque.

مَعْزٌ genus caprinum, prout diſtinguitur ab ovibus. مَعَزَ diſcrevit capros ab ovibus; مَعَزَ abundavit capris. مَعَدّ مَعْزٌ nomen proprium Chalifarum fatemiticorum in Aegypto.

مَعِطَ defluxerunt pili, defluvium pilorum paſſus eſt, ſine pilis glabro corpore fuit. (מָעַט)

parum

parum fuit, diminitus fuit). V. تَنَعَّطَ destitutus est pilis; evolutus involucris et denudatus fuit.

مَعَنَ *a.* longe provectus fuit *cursu, fluxu.* IV. أَمْعَنَ *idem*, longe provectus fuit in itinere, negotio; *inf.* إِمْعَان longa provectio.

مَفَازَةٌ desertum, *vide in* فوز.

مَضَا *u.* praeteriit, abiit; tractavit negotium et nervos intendit.

مَضَي audax fuit; secuit, scidit, praeteriit, abiit, mortuus est; perrexit, *quasi secuit regionem itinere suo;* provectus est in aliqua re; الْمَاضِي pergens, secans, penetrans; كُلُّ مَاضٍ قَدْ تَرَدَّى بِمَاضٍ omnis pergens ornatus secante, *i. e.* gladio. IV. أَمْضَي transmisit, fecit ut penetraret. مَاضِيَةٌ praeterita, quod praeteriit.

مَصَعَ leviter rutilavit fulmen, movit *equus caudam;* percussit gladio; ejecit *foetum mater*, abiit frigus, profectus fuit per terram. III. مَاصَعَ digladiatus est. مِصْعٌ digladians, pugnax, robustus.

مَضَغَ *a. o.* masticavit; *inf.* مَضْغٌ masticatio.

مِصْرُ (מִצְרַיִם) Aegyptus, metropolis Aegypti,

gypti, *olim* Memphis, *dein* Fostât, *quae et* مِصْر الْقَدِيمَة *dicitur*, *nunc* Kahera, *vulgo* Cairo.

مِصْرِيّ .ة Aegyptius, a.

مَغَاط *vel* مِغَاطّ primae costae a parte superiori.

مَقَل o. intuitus est, conspexit. مُقْلَة extimus seu adiposus tunicae adnatae circulus nigrum ab albo dirimens.

مِقْيَاس norma, juxta quam incrementa Nili aestimantur.

مَقَر o. percussit collum fuste ita ut os confringeret; maceravit *piscem*; مَقِر amarum fuit. IV. أَمْقَر amarum evasit, sapore destitutum fuit; مُمْقِر amarus.

مَقَت, *et* II. مَقَّت odit; يَمْقُت odit. مَقْت, مَقَاتَة odium.

مَرُو virilis, fortis fuit; مَرَأ profecit cibus; مَرِئ *idem*, *et* facilis digestu fuit cibus, bene concoxit. مَرْء, مِرْء, مُرْء, اِمْرَأ vir; homo; مَرْءَة, مَرْأَة, اِمْرَأَة mulier.

مَرَى *i.* mulſit, ubera ſtrinxit mulgendi caussa; ſcutica cecidit, adegit ad curſum (*conf.* הַמְּרִיא); in pluviam diſſolvit ventus nubem; denegavit (*conf.* מָרָה). III. مَارَى contendit disputatione; لَا تُمَارِ non disputa; مِرَاءٌ *inf.* disputatio. VI. تَمَارَى, *et* VIII. اِمْتَرَى dubitavit; مُمْتَرُونَ dubitantes.

مَارُونِيٌّ, *fr.* مَوَارِنَةٌ, Maronita. مَارُونِيَّةٌ Maronitica.

مَرِيسٌ ſubactus *dactylus*; leo; et regio Meroe; مَرِيسِيٌّ Meroënſis. مَارِسْتَانٌ *Perſic.* Noſocomium.

مَرَضَ aegrotavit (marode ſeyn), debilis fuit *oculus ex nimio intuitu.* مَرْضٌ morbus cordis; مَرَضٌ morbus, أَمْرَاضٌ morbi, مَارِضٌ, مَرِضٌ, مَرِيضٌ, *fr.* مِرَاضٌ, مَرْضَى مَرَاضِي, (marode), aegrotus.

مَرَقَ *a.* cum celeritate transfodit, exiit ex altera parte *haſta*; مُرُوقٌ *inf.* exitus.

مَرَّ (מָרַר) *a.* amarum fuit, dixit amara et ingrata, reddidit amarum; *o.* ambulavit, inceſſit,

cessit, processit, fluxit, praeteriit, praetervectus est, abiit; مارون transeuntes; مارًّا transeunter; يمر sransit. X. إستمر ambulavit, processit, praeteriit, abiit; firmum fait, continuavit. مر inf. transitio etc.; funis, pala; مرة, pl. مرار, مرات transitus unus, vicis una; مرة semel, aliquando; مرتان bis, مرات saepius. مر (מר) amara res, myrrha. مرارة (מְרֵרָה) amaritudo, folliculus fellis. مرور inf. ambulatio, transitus etc. ممر inf. incessus, transitus, progressio etc. locus transitus, canalis.

مشج commiscuit, turbavit *res inter alios.* مشج, *fr.* أمشاج, mista res, miscella; نطفة أمشاج semen virile cum semine muliebri ac sanguine mixtum.

مشي *i.* incessit, ambulavit; مشت illa incessit; يمشون (*pro* يمشيون) incedunt; ماش (*pro* ماشي) incedens. مشي *inf.* incessus.

مشق *a.* celeriter hasta confodit, verberavit; consuit, scripsit; pexuit, laceravit.

مشي

مَتَى, مُتَي, (מָתַי) quando; ſi quando; حَتَّي مَتَي quousque; مَتَي ما quum.

مَثَلَ (מָשַׁל) ſimilis fuit, retulit alterum; aſſimilavit, aequiparavit; ſtatuit exemplum poenae in eo; II. مَثَّلَ *idem*, *et* effigiavit, deſcripſit, parabolam inſtituit, vel paroemiam petivit inde; تَمْثِيل aſſimilatio. مِثْل ſimilitudo; ſimilis, par; هذا مِثْلُهُ hoc ſimile illi; مِثْلَ *et* كَمِثْلِ ſicut; مِثْلَانِ duo exempla مَثَل (מָשָׁל) *fr.* أَمْثَال forma, ſimilitudo, ſimilis, par; metaphora, tropus; parabola, paroemia, adagium, ſententia. مِثَال, *fr.* مُثُل *et* أَمْثِلَة, exemplar, talio, quantitas, definitus modus, forma, deſcriptio, hiſtoria; culcitra, lectus *gallic.* matelas.

مَتْن *foem.* latus unum dorſi, lumbi *cum carne nervisque utcunque protuberare ſolens; fr.* مُتُون (מָתְנַיִם) latera lumborum.

مَتَعَ *a.* elatus, provectus fuit *dies*; longa, procera fuit *res*; elegans fuit; prolongavit; fruitus eſt, fructum cepit, aſportavit. II. مَتَّعَ frui conceſſit, copiam fecit, largitus eſt. IV. أَمْتَعَ fruitus eſt, utilitatem cepit; frui permiſit; ca-

rere

rere potuit, ſuperſedit. مَتَاعٌ, *fr.* أَمْتِعَةٌ, ſupellex, utenſile, quo quis indiget vel utitur, merx, fructus qui percipitur.

نُونٌ.

نَبَأَ *a.* ſubmiſſam vel occultam vocem edidit *canis*; annunciavit; editus, elatus fuit, eminuit, reſpexit, exivit in aliam regionem, adduxit, produxit terra. II. نَبَّأَ (נִבָּא) prophetavit, annunciavit. IV. أَنْبَأَ *i. q. II.* تُنَبِّئُنِي renuncias mihi, indicas mihi. نَبِيٌّ, *et Meccanis* نَبِيءٌ (נָבִיא) propheta; نَبِيَّةٌ prophetiſſa; نُبَآءُ, أَنْبِيَآءُ, أَنْبَاءُ, نَبِيُّونَ prophetae; نَبِيَّانِ duo prophetae. نَبَأٌ, *fr.* أَنْبَاءٌ, nuncius, quod nunciatur, hiſtoria. نُبُوَّةٌ *vel* نُبُوءَةٌ prophetia.

نَبَذَ *e.* projecit *e manu*, abjecit, exprimendo confecit vinum, pulſavit vena, نَبِيذٌ projectus, *et pl.* أَنْبِذَةٌ vinum ex dactylis; *etiam* ex uvis paſſis confectum.

نَبَطَ *e. o.* ſcaturivit, emanavit; eduxit

 aquam

aquam e puteo, fecit effluere. IV. أَنْبَطَ ad primam ſcaturiginem pertigit foſſor putei (הִבִּיט vidit, aſpexit); curavit fodi puteum. X. اِسْتَنْبَطَ ſcaturivit, eduxit aquam, elicuit ingenio ſcientiam juris; inter Nabataeos ſedem fixit; produxit; paſſ. اُسْتُنْبِطَ prodiit, apparuit. نَبَطِيٌّ Nabataeus.

نَبُلَ excelluit ſolertia, ingenio, generoſa fuit indole; نَبَلَ petivit eum ſagittis; ſuperavit alium praeſtantia ſagittarum, induſtria, ſolertia. نُبْلٌ excellentia, praeſtantia, ingenium, ſolertia أَنْبَلُ praeſtantior. نَابُلُسَا Nablus (Neapolis) ſeu Sichem.

نَبَعَ a. o. e. (נָבַע) ſcaturivit e fonte, e copioſo rivulo erupit aqua. يَنْبُوعٌ, fr. يَنَابِيعُ ſcaturigo, fons.

نَبَشَ o. retexit, effodit, refodit cadaver, ſepulcrum, evulſit cum radice, elicuit, eduxit, produxit, prodidit, conquiſivit. نَبْشٌ inf. effoſſio etc.

نَبَتَ o. enatum eſt, germinavit, crevit; germina protulit tellus; apparuerunt, turgeſcere coeperunt mammae; نَابِتٌ germinans. نَبَاتٌ

et

et نَبْتٌ germinatio, germen, res vegetabilis, planta. نَبَاتِيَّةٌ res vegetabilis.

نَجَأَ *a.* contigit oculo *praes.* ingrato et maligniore.

نَجَبَ *o. e.* decorticavit; نَجُبَ egregius, nobilis, generosus fuit. نَجِيبٌ, *fr.* نُجُبٌ, نُجَبَاءُ, أَنْتَخَابٌ, generosus, egregius, honorabilis, praestans, nobilis; نُجْبَةٌ *idem*, heros, decus gentis suae.

نَجَدَ *o.* manifesta et clara fuit res; superavit, vicit, *quasi se clarum reddidit* (*conf.* הִגִּיד *annunciavit quasi clarum fecit*); نَجُدَ strenuus, animosus fuit. نَجْدٌ regio Negjed in Arabia. نَجْدَةٌ et نَجَادَةٌ animositas, fortitudo, magnanimitas; praelium; afflictio; terror, *et primum* copia militum, quae petitur vel mittitur in auxilium tempore belli.

نَجَا (נָגָה) *u.* evasit, liberatus fuit, exivit, celer fuit; communicavit, dixit arcanum *quasi fecit exire*; excoriavit, amputavit. II. نَجَّى liberavit, elevavit, opplevit seu altiorem fecit terram. III. نَاجَى communicavit arcanum, clanculum cum alio locutus est *vel* egit, أُنَاجِيَةٌ

 col-

colloquor illi. IV. أَنْجَى liberavit, retexit. نَجْوَى communicatio arcani, et res occulta, arcanum, clandestinum colloquium; arcana loquens vel loquentes.

نَجَحَ a. prospere evenit, facile fuit negotium (נָגַח cornibus petivit.)

نَجَى, i. q. نَجَا, et elevavit, extulit.

نَجَمَ o. apparuit, prodiit stella, dens, planta. نَجْم, fr. نُجُم et نُجُوم, stella (أَلنَّجْم pleiades); tempus praefinitum; certa origo, praefinita ratio; نَجْمَان duae stellae.

نَجَعَ o. e. bene profecit cibus, pabulum; effectum habuit oratio; pabulum et aquam quaesivit, accessit ad aliquem beneficii petendi caussa (נָגַע). VIII. إِنْتَجَعَ pabulatus est, pabulum quaesivit, adiit beneficii consequendi caussa; inf. إِنْتِجَاع quaerere pabulum.

نَدَبَ o. (נָדַב) vocavit ad aliquid, impulit, misit, convertit; deflevit, encomio celebravit defunctum quasi vocavit illum; نَدُبَ agilis, egregius, nobilis fuit, quasi se ipsum vocans ad quidquid (נָדִיב); نَدِبَ cicatrice obductum fuit vulnus. نَادِبَة, fr. نَوَادِب foemina deplorans.

نَدَّ

نَدَّ (נָדַד) *e.* fugax fuit, aufugit; huc illuc vagatus est.

نَدَا *u.* vocavit, advocavit, convocavit, congregavit; amplus fuit, comprehendit *eos consessus*; congregatus est, praesens fuit; separata, dispersa fuit res (*conf.* נָוָה); liberalis fuit, nobilioribus similis fuit; نَدِيَ maduit, uvidus fuit. II. نَدَّى uvidum reddidit. III. نَادَى vocavit ad se, convocavit, praesens fuit in conventu; vidit ac scivit, manifestavit, manifesta fuit *res*, *via*; يُنَادُونَ, (*pro* يُنَادِيُونَ) vocant ad se. نَدٍ (*pro* نَدِي) humidus, *et ut* نَدِيُّ ٱلْكَفِّ humidus manu, *i. e.* liberalis. نُدًا, نُدِّي ros.

نَذُلَ infimi ordinis, vilis fuit. نَذْل, نَذِيل, *pl.* أَنْذَال, نُذُول, نُذَلَاء homo abjectae conditionis, vilis.

نَدَرَ *o.* excidit *res* et ex alia re venit in conspectum, folia emisit, fronduit, viruit; solus mansit. نَادِر singularis, rarus; نَادِرَة singulare quid, rarum et inusitatum; vir incomparabilis. نَادِرًا raro; نَدْرَة, نَدَرَة, نَدَرَي idem, *et etiam ut cum praeposito* بِ *et cum articulo*, i. q. أَيَّام

بَيْنَ أَيَّامٍ, diè aliquo, interdum, aliquando.

نُدُورٌ *inf.* raritas.

نَذَرَ *o. e.* addixit *aliquid*, vovit, devovit *Deo* (נָדַר et נָזַר); نَذِرَ percepit, fcivit *quid cavendum effet.* IV. أَنْذَرَ certiorem fecit, praemonuit, monuit *praef.* metum injiciendo, deterruit. نَذْرٌ *inf.*, (נֶדֶר), *fr.* نُذُورٌ votum; piaculum inflicti vulneris. نَذِيرٌ monitor, praedicator, praenuncius, metum injiciens.

نَهَبَ *o. e.*, نَهِبَ *a.* apprehendit *eum in calce canis*; rapuit, diripuit; perftrinxit oratione. نَهْبٌ *inf.* apprehenfio, direptio, *fr.* نِهَابٌ raptus, rapina.

نَهُدَ carnofus, eminens, pulcher fuit *equus*; نَهَدَ *a. o.*, *i. q.* نَهَضَ, extulit fe, abiit, profiliit; turfit mammam, turgentes mammas habuit puella; magnificavit, extulit donum. نَهْدٌ *inf.*, elata res; corpulentus, carnofus, altus ac elegans; generofus. نَهَدٌ elatio; mamma forrorians.

نَهُوَ intelligens, prudens fuit *quafi ab illicitis abftinens, refpiciens finem*; نَهَى miffum fecit, fuper-

perfedit, *five potiri potuerunt non;* نَهَا *u.* نَهِي *i.* prohibuit, interdixit, *quasi jussit dimittere rem; interdum etiam* pervenit. II. نَهَّى vetuit, ad summum pertigit terminum, pervenit ad aliquem. IV. أَنْهَى fecit pervenire *ad aliquem*, pertulit, perduxit, transmisit, significavit; venit pervenit; يُنْهِي transmittit; مُنْهًى prohibitus. VI. تَنَاهَى pervenit ad summum terminum; pervenit ad eum *nuncius;* pervenit ad finem, terminata fuit *res;* abstinuit a re vetita; prohibuerunt invicem; تَتَنَاهَى retinet se, abstinet. VIII. اِنْتَهَى interdicto prohibitus, retentus fuit, abstinuit; ad finem pervenit, cessavit; terminatus, finitus est; *inf.* اِنْتِهَاءٌ pervenire ad finem, cessatio, terminatio; يَنْتَهِي pervenit ad finem, pertingit; abstinet, cohibet se; مُنْتَهًى finitus; finis. نَهْوَةٌ major pars. نِهَايَةٌ, *i. q.* غَايَةٌ, extremus, summus terminus.

نَهَمَ *a.* prope fuit, accessit; percussit, pepulit, trusit, repulit, distinuit; movit, commovit. III. نَاهَمَ *et* VI تَنَاهَمَ prope fuit, accessit, accurrit, properavit.

نَهِلَ primo potu bibit, restinxit sitim. IV. *transitive*, يُنْهِل permittit primo haustu bibere, ad potum primum duxit. نَهَلٌ potus primus *cameli*. نَاهِلٌ, *fr*. نَوَاهِلُ, prima vice bibens potu sitim explens; sitiens; نَاهِلَةٌ libere ad potum accedens. مَنْهَلٌ, *fr*. مَنَاهِلُ, locus adaquationis in pascuis.

نَهَضَ, *i. q*. نَهِضَ, *a*. extulit se, surrexit ad eundum, exsurrexit crescendo *planta*; إِنْهَضْ leva te, vade (hebe dich.)

نَهِرَ fodit donec pertingeret ad aquam; نَهَرَ *a*. fodit et fecit fluere *fluvium*; fluxit copiose; repulit, prohibuit, increpuit, inclamavit. نَهْرٌ, *inf*., et ut نَهَرٌ, (נָהָר) fluvius; amplitudo; fr. نُهُرٌ et أَنْهَارٌ fluvii, *ult. fr*. أَنْهَارٌ *etiam* dies. نَهَارٌ dies *prout opponitur nocti*, diffusio locis visusque.

نَآءَ *u*, surrexit cum labore, surgere studuit, surrexit contra alium; accidit ei *grave malum*, *onus*, pressitque eum, ut vix surgere potuerit;

rit; نَأَبَ *a.* longe abfuit; *i.* cruda fuit caro, نَائِيَةٌ longinqua, abſens.

نَابَ *u.* (נוב) vicem ſubiit *pro alio;* propinquus fuit, annuit; dedit ſe pietati *ſacrorum vices obſervans;* reverſus, converſus eſt *ad Deum;* affecit *eum malum*, incidit, ingruit; نَابَنَا ingruit, accidit nobis. IV. أَنَابَ reverſus, reſipiſcens converſus eſt; juſſit vicem ſubire. نَوْبَةٌ et نِيَابَةٌ vicis, ordo. نَائِبَةٌ, *fr.* نَوَائِبُ, calamitas. نُوبَةٌ Nubii, Nubia. *Vide et* نيب.

نَاحَ *u.* (נוח) planxit. III. نَاوَحَ ex adverſo oppoſitus fuit ut mulier plangens plangenti, ſe vertit. مَنَاحَةٌ coetus plangentium.

نَاخَ in genua procubuit oneris ſuſcipiendi cauſſa camelus, IV. أَنَاخَ *tranſitive.* مُنَاخٌ locus ubi cameli cubant, temperies aeris.

نَوَى *i.* intendit, ſibi propoſuit; cuſtodivit; projecit *oſſicula dactylorum;* نَوِيَ pinguis evaſit *camelus.* نَوِيٌّ intentio, propoſitum, modus, *et foem.* نِيَّةٌ diſtantia, tractus; nucleus dactyli; domus, peregrinatio; intentio, propoſitum.

نَالَ

نَالَ largitus eſt, donavit; *med. khesr.*, *a.* munificus fuit. III. نَاوَلَ praebuit, porrexit, obtulit. dedit. مِنْوَال textor (*Chald.* נְוַל *texuit*) مِنْوَال, مِنْوَل jugum textorium; modus, conſtitutio rei. *Vide et* نيل.

نَامَ *u.* dormiendo ſuperavit alium; نَامَ *et* نَوِمَ (נוּם) *a.* dormivit, dormitavit; friguit *forum*; trita fuit *veſtis*, extinctus fuit *ignis*; quievit, acquievit. نَوْم Somnus, ſomnium. نَائِم dormiens.

نَاسٌ homines, aliqui, *fr. ab* إِنْسَانٌ. — نَاوُوسٌ, ναος, domuncula, templum, *fr.* نَوَايِيسُ.

نَوْعٌ, *fr.* أَنْوَاعٌ, ſpecies, *pec.* ut ſubeſt generi; quaeſitio, ſtudium; mutatio corporis. بِنَوْعٍ حَتَّى adeo ut.

نَاقَةٌ camela *praeſ.* adulta.

نَافَ (נוּף) *i.* eminuit, extitit *ſuper rem*; *u.* longa et elata fuit res; يَنِيفُ eminet, ſuperat.

نَارَ *u.* luxit, ſplenduit; cauterio ſignavit; abhor-

abhorruit, pavidus fuit, fugit, fugatus eſt, fugacem reddidit. نُور (נִיר ,נֵר) lumen, lux, radii; qui dilucidat et illuſtrat res; *et i. q.* نَوْر flos *pec.* arboris albus. نَار (*Aram.* נוּר) ignis, cauterium; meus, conſilium. نَيْرَة ictus vel jactus conſpicuus, praeſtigiatrix, faſcinatrix. مَنَارَة (מְנוֹרָה), *fr.* مَنَايِر *et* مَنَاوِر, locus lucis, lychnuchus, candelabrum, laterna, pharus, turris Moſcheae, ſeu Minare. نُوَّارَة flos, *fr.* نُوَّار.

نَزَه *o.* longius abduxit *camelos ab aqua*, cohibuit, avertit *ſe ab inhoneſto*; *e.* abfuit ab aquis, mari, malignitate aeris et ab his libera fuit terra; نَزِهَ, نَزُهَ amoena fuit *terra* et jucundi conſpectus. V. تَنَزَّهَ procul abfuit ab aquis, paſcuis, vitio, re turpi; purus, innocens fuit; oblectavit ſe in locis amoenis. نُزْهَة remotio, diſtantia; amoenitas, oblectamentum; puritas vitae, integritas.

نَزَا (*conf.* נָזָה) *u.* impetum fecit, aſſilivit *foemellam.* II. يُنَزُّون (*pro* يُنَزِّيُون) ſtimulant conſcendere. أَنْزَى ſaltu agilior.

نَشَّ *e.* cucurrit, rapide transiit dorcas; secessit seorsim et separatus est.

نَزَحَ *a. e.* exhausit puteum; longe absfuit *domus*; نَازِحَةٌ valde distans, (*conf.* מָזוֹחַ). VIII. اِنْتَزَحَ secessit ex regione; *inf.* اِنْتِزَاحٌ.

